XI. Loquamur pauca et super hoc nomine quod interpretatum *maris stella* dicitur et matri Virgini valde convenienter aptatur. Ipsa namque aptissime sideri comparatur, quia, sicut sine sui corruptione sidus suum emittit radium, sic absque sui laesione virgo parturit Filium. Nec sideri radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Iacob orta, cuius radius universum orbem illuminat, cuius splendor et praefulget in supernis et inferos penetrat, terras etiam perlustrans et calefaciens magis mentes quam corpora, fovet virtutes, excoquit vitia. Ipsa, inquam, est praeclara et eximia stella, super hoc mare magnum et spatiosum necessario sublevata, micans meritis, illustrans exemplis. O quisquis, te intellegis in huius saeculi profluvio magis inter procellas et tempestates fluctuare quam per terram ambulare, ne avertas oculos a fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiae undis, si ambitionis, si detractionis, si aemulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra naviculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientiae foeditate confusus, iudicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiae, desperationis abysso, cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat a corde; et ut impetres eius

Star of the Sea

orationis suffragium non deseras conversationis exemplum. Ipsam sequens non devias; ipsam rogans non desperas; ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente non corruis; ipsa protegente non metuis; ipsa duce non fatigaris; ipsa propitia pervenis; et sic in temetipso experiris quam merito dictum sit, " Et nomen Virginis Maria."

SAINT AUGUSTINE

CONFERENCE WITH HIS MOTHER

I. Impendente autem die quo ex hac vita erat exitura, quem diem tu noveras ignorantibus nobis, provenerat, ut credo, procurante te occultis tuis modis, ut ego et ipsa soli staremus incumbentes ad quandam fenestram unde hortus intra domum quae nos habebat prospectabatur, illic apud Ostia Tiberina, ubi remoti a turbis post longi itineris laborem instaurabamus nos navigationi. Colloquebamur ergo soli valde dulciter; et praeterita obliviscentes, in ea quae ante sunt extenti, quaerebamus inter nos apud praesentem Veritatem, quod tu es, qualis futura esset vita aeterna Sanctorum, "quam nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit." Sed inhiabamus ore cordis in superna fluenta fontis tui, fontis vitae, qui est apud te, ut inde pro captu nostro aspersi quoquo modo rem tantam cogitaremus.

On the Kingdom of Heaven

II. Cumque ad eum finem sermo perduceretur, ut carnalium sensuum delectatio quantalibet, in quantalibet luce corporea, prae illius vitae iucunditate non comparatione, sed ne commemoratione quidem digna

videretur, erigentes nos ardentiore affectu in idipsum, perambulavimus gradatim cuncta corporalia, et ipsum caelum, unde sol et luna et stellae lucent super terram. Et adhuc ascendebamus interius cogitando et loquendo et mirando opera tua. Et venimus in mentes nostras et transcendimus eas, ut attingeremus regionem ubertatis indeficientis, ubi pascis Israel in aeternum veritatis pabulo, et ubi vita sapientia est per quam fiunt omnia ista, et quae fuerunt et quae futura sunt.

Who is like unto God

III. Dicebamus ergo, si cui sileat tumultus carnis, sileant phantasiae terrae et aquarum et aeris, sileant et poli, et ipsa sibi anima sileat et transeat se non se cogitando, sileant somnia et imaginariae revelationes, omnis lingua et omne signum et quidquid transeundo fit si cui sileat omnino — quoniam si quis audiat, dicunt haec omnia, " Non ipsa nos fecimus, sed fecit nos qui manet in aeternum."

He hath made us who abideth forever

IV. Dicebam talia, etsi non isto modo et his verbis, tamen, Domine, tu scis quod illo die cum talia loquerer, et mundus iste nobis inter verba vilesceret cum omnibus delectationibus suis, tunc ait illa, " Fili, quantum ad me attinet, nulla iam re delector in hac vita. Quid hic faciam adhuc et cur hic sim nescio, iam consumpta spe huius saeculi. Unum erat propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, ut te Christianum

Monica's Prayer

Catholicum viderem, priusquam morerer. Cumulatius hoc mihi Deus meus praestitit, ut te etiam, contempta felicitate terrena, servum eius videam. Quid hic facio? "

V. Ad haec ei quid responderim, non satis recolo. Cum interea vix intra quinque dies aut non multo amplius decubuit febribus. Et cum aegrotaret, quodam die defectum animae passa est et paululum subtracta a praesentibus. Nos concurrimus, sed cito reddita est sensui, et aspexit astantes me et fratrem meum et ait nobis quasi quaerenti similis: "Ubi eram?" Deinde nos intuens maerore attonitos: "Ponetis hic," inquit, "matrem vestram?" Ego silebam et fletum frenabam. Frater autem meus quiddam locutus est, quo eam non peregre, sed in patria defungi tamquam felicius optaret. Quo audito, illa vultu anxio reverberans eum oculis, quod talia saperet, atque inde me intuens: "Vide," ait, "quid dicit." Et mox ambobus: "Ponite," inquit, "hoc corpus ubicumque; nihil vos eius cura conturbet; tantum illud vos rogo, ut ad Domini altare memineritis mei ubi fueritis." Cumque hanc sententiam verbis quibus poterat explicasset, conticuit; et ingravescente morbo exercebatur.

Her Ecstasy and Death

VI. Ego vero cogitans dona tua, Deus invisibilis, quae immittis in corda fidelium tuorum, et proveniunt inde fruges admirabiles, gaudebam et gratias agebam tibi, recolens, quod noveram, quanta cura semper

aestuasset de sepulcro quod sibi providerat et praeparaverat iuxta corpus viri sui. Quia enim valde concorditer vixerant, id etiam volebat, ut est animus humanus minus capax divinorum, adiungi ad illam felicitatem et commemorari ab hominibus, concessum sibi esse post transmarinam peregrinationem, ut coniuncta terra amborum coniugum terra tegeretur.

Her desire to be buried near her Husband

VII. Quando autem ista inanitas plenitudine bonitatis tuae coeperat in eius corde non esse nesciebam; et laetabar admirans, quod sic mihi aperuisset; quamquam et in illo sermone nostro ad fenestram cum dixit, " Iam quid hic facio? " non apparuit desiderare in patria mori. Audivi etiam postea, quod iam cum Ostiis essemus, cum quibusdam amicis meis materna fiducia colloquebatur quodam die de contemptu vitae huius et bono mortis, ubi ipse non aderam; illisque stupentibus virtutem feminae, quam tu dederas ei, quaerentibusque utrum non formidaret tam longe a sua civitate corpus relinquere, " Nihil," inquit, " longe est Deo; neque timendum est ne ille non agnoscat in fine saeculi unde me resuscitet." Ergo die nono aegritudinis suae, quinquagesimo et sexto anno aetatis suae, tricesimo et tertio aetatis meae, anima illa religiosa et pia corpore soluta est.

Her Fortitude

VIII. Premebam oculos eius, et confluebat in praecordia mea maestitudo ingens et transfluebat in lacri-

mas; ibidemque oculi mei violento animi imperio resorbebant fontem suum usque ad siccitatem, et in tali luctamine valde male mihi erat. Tum vero ubi efflavit extremum, puer Adeodatus exclamavit in planctum, atque ab omnibus nobis coercitus tacuit. Hoc modo etiam meum quiddam puerile quod labebatur in fletus iuvenili voce cordis, coercebatur et tacebat. Neque enim decere arbitrabamur funus illud questibus lacrimosis gemitibusque celebrare, quia his plerumque solet deplorari quaedam miseria morientium aut quasi omnimodo exstinctio. At illa nec misere moriebatur nec omnino moriebatur. Hoc et documentis morum eius et fide non ficta rationibusque certis tenebamus.

Augustine mourns his deceased Mother

IX. Quid ergo erat quod intus mihi graviter dolebat nisi ex consuetudine simul vivendi dulcissima et carissima repente dirupta vulnus recens? Gratulabar quidem testimonio eius quod in ea ipsa ultima aegritudine obsequiis meis interblandiens appellabat me pium, et commemorabat grandi dilectionis affectu numquam se audisse ex ore meo iaculatum in se durum aut contumeliosum sonum. Sed tamen quid tale, Deus meus, qui fecisti nos, quid comparabile habebat honor a me delatus illi et servitus ab illa mihi? Quoniam itaque deserebar tam magno eius solatio, sauciabatur anima mea et quasi dilaniabatur vita, quae una facta erat ex mea et illius.

Ties Sundered

X. Cohibito ergo a fletu illo puero, Psalterium arripuit Evodius et cantare coepit psalmum. Cui respon-

debamus omnis domus, "Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine." Audito autem quid ageretur, convenerunt multi fratres ac religiosae feminae, et de more illis quorum officium erat funus curantibus, ego in parte ubi decenter poteram, cum eis qui me non deserendum esse censebant, quod erat tempori congruum disputabam, eoque fomento veritatis mitigabam cruciatum, tibi notum, illis ignorantibus et intente audientibus et sine sensu doloris me esse arbitrantibus. At ego in auribus tuis, ubi eorum nullus audiebat, increpabam mollitiem affectus mei, et constringebam fluxum maeroris, cedebatque mihi paululum, rursusque impetu suo ferebatur, non usque ad eruptionem lacrimarum nec usque ad vultus mutationem, sed ego sciebam quid corde premerem. Et quia mihi vehementer displicebat tantum in me posse haec humana, quae ordine debito et sorte condicionis nostrae accidere necesse est, alio dolore dolebam dolorem meum et duplici tristitia macerabar.

His double Grief

XI. Cum, ecce, corpus elatum est, imus, redimus sine lacrimis. Nam neque in eis precibus quas tibi fudimus, cum offerretur pro ea sacrificium pretii nostri, iam iuxta sepulcrum posito cadavere priusquam deponeretur, sicut illic fieri solet, nec in eis precibus ego flevi, sed toto die graviter in occulto maestus eram, et mente turbata rogabam te, ut poteram, quo sanares dolorem meum, nec faciebas. Deinde dormivi et evigilavi et non parva ex parte mitigatum inveni dolorem meum; atque ut

His Sorrow mitigated

eram in lecto meo solus, recordatus sum veridicos versus Ambrosii tui; tu es enim

Deus, Creator omnium,
Polique Rector, vestiens
Diem decoro lumine,
Noctem sopora gratia;

Artus solutos ut quies
Reddat laboris usui,
Mentesque fessas allevet
Luctusque solvat anxios.

XII. Atque inde paulatim reducebam in pristinum sensum ancillam tuam, conversationemque eius piam in te, et sancte in nos blandam atque morigeram, qua subito destitutus sum; et libuit flere in conspectu tuo de illa et pro illa, de me et pro me. Et dimisi lacrimas quas continebam, ut effluerent quantum vellent, substernens eas cordi meo; et requievit in eis, quoniam ibi erant aures tuae, non cuiusquam hominis superbe interpretantis ploratum meum. Et nunc, Domine, confiteor tibi in litteris. Legat qui volet, et interpretetur ut volet, et si peccatum invenerit, flevisse me matrem exigua parte horae, matrem oculis meis interim mortuam, quae me multos annos fleverat ut oculis tuis viverem, non irrideat; sed potius, si est grandi caritate, pro peccatis meis fleat ipse ad te Patrem omnium fratrum Christi tui.

He weeps in Secret

XIII. Ego autem, iam sanato corde ab illo vulnere in quo poterat redargui carnalis affectus, fundo tibi,

Deus noster, pro illa famula tua longe aliud lacrimarum genus, quod manat de concusso spiritu consideratione periculorum omnis animae quae in Adam moritur. Quamquam illa in Christo vivificata, etiam nondum a carne resoluta, sic vixerit ut laudetur nomen tuum in fide moribusque eius, non tamen audeo dicere, ex quo eam per Baptismum regenerasti, nullum verbum exisse ab ore eius contra praeceptum tuum. Et dictum est a Veritate Filio tuo, "Si quis dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehennae ignis." Et vae etiam laudabili vitae hominum, si, remota misericordia, discutias eam. Quia vero non exquiris delicta vehementer, fiducialiter speramus aliquem apud te locum invenire indulgentiae. Quisquis autem tibi enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat nisi munera tua? O si cognoscant se homines homines! Et qui gloriatur in Domino glorietur.

The Justice and Mercy of God

XIV. Ego itaque, laus mea et vita mea, Deus cordis mei, sepositis paulisper bonis eius actibus pro quibus tibi gaudens gratias ago, nunc pro peccatis matris meae deprecor te. Exaudi me per Medicinam vulnerum nostrorum quae pependit in Ligno et sedens ad dexteram tuam te interpellat pro nobis. Scio misericorditer operatam, et ex corde dimisisse debita debitoribus suis; dimitte illi et tu debita sua, si qua etiam contraxit per tot annos post aquam salutis. Dimitte, Domine, dimitte obsecro, ne intres cum ea in iudicium. Superexaltet misericordia iudicium, quoniam eloquia tua vera sunt, et pro-

He prays for his Mother

misisti misericordiam misericordibus. Quod ut essent tu dedisti eis, qui misereberis cui misertus eris, et misericordiam praestabis cui misericors fueris.

XV. Et credo iam feceris quod te rogo, sed voluntaria oris mei approba, Domine. Namque illa imminente die resolutionis suae non cogitavit suum corpus sumptuose contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupivit aut curavit sepulcrum patrium. Non ista mandavit nobis, sed tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desideravit, cui nullius diei praetermissione servierat; unde sciret dispensari victimam sanctam, qua deletum est chirographum quod erat contrarium nobis, qua triumphatus est hostis computans delicta nostra, et quaerens quod obiciat, et nihil inveniens in illo in quo vincimus. Quis ei refundet innocentem sanguinem? Quis ei restituet pretium quo nos emit, ut nos auferat ei? Ad cuius pretii nostri sacramentum ligavit ancilla tua animam suam vinculo fidei. Nemo a protectione tua dirumpat eam. Non se interponat nec vi nec insidiis leo et draco. Neque enim respondebit illa nihil se debere, ne convincatur et obtineatur ab accusatore callido; sed respondebit dimissa debita sua ab eo cui nemo reddet, quod pro nobis non debens reddidit.

How she was bound to Christ

XVI. Sit ergo in pace cum viro, ante quem nulli et post quem nulli nupta est, cui servivit fructum tibi afferens cum tolerantia, ut eum quoque lucraretur tibi.

Et inspira, Domine meus, Deus meus, inspira servis tuis fratribus meis, filiis tuis dominis meis, quibus et voce et corde et litteris servio, ut quotquot haec legerint, meminerint ad altare tuum Monicae, famulae tuae, cum Patricio quondam eius coniuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam, quemadmodum nescio. Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce transitoria, et fratrum meorum sub te Patre in matre Catholica, et civium meorum in aeterna Ierusalem, cui suspirat peregrinatio populi tui ab exitu usque ad reditum; ut quod a me illa poposcit extremum uberius illi praestetur in multorum orationibus per confessiones quam per orationes meas.

He asks all a pious Remembrance

APOSTROPHE TO THE CHURCH

I. Desinite errare. . . . Nam Christianis haec data est forma vivendi, ut diligamus Dominum Deum nostrum ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente, deinde proximum nostrum tamquam nosmetipsos. "In his" enim "duobus praeceptis tota lex pendet, et omnes Prophetae." Merito, Ecclesia Catholica, mater Christianorum verissima, non solum ipsum Deum, cuius adeptio vita est beatissima, purissime atque castissime colendum praedicas, nullam nobis adorandam creaturam inducens, cui servire iubeamur; et ab illa incorrupta et inviolabili aeternitate, cui soli homo subiciendus est, cui soli rationalis anima co-

Her Teaching

haerendo non misera est, excludens omne quod factum est, quod obnoxium commutationi, quod subditum tempori; neque confundens quod aeternitas, quod veritas, quod denique pax ipsa distinguit, nec rursum separans quod maiestas una coniungit; sed etiam proximi dilectionem atque caritatem ita complecteris ut variorum morborum quibus pro peccatis suis animae aegrotant omnis apud te medicina praepolleat.

Her Training

II. Tu pueriliter pueros, fortiter iuvenes, quiete senes, prout cuiusque non corporis tantum, sed et animi aetas est, exerces ac doces. Tu parentibus filios libera quadam servitute subiungis, parentes filiis pia dominatione praeponis. Tu fratribus fratres religionis vinculo firmiore atque artiore quam sanguinis nectis. Tu omnem generis propinquitatem et affinitatis necessitudinem, servatis naturae voluntatisque nexibus, mutua caritate constringis. Tu dominis servos, non tam condicionis necessitate, quam officii delectatione doces adhaerere. Tu dominos servis, summi Dei communis Domini consideratione placabiles, et ad consulendum quam coercendum propensiores facis. Tu cives civibus, gentes gentibus, et prorsus homines primorum parentum recordatione, non societate tantum, sed quadam etiam fraternitate coniungis. Doces reges prospicere populis; mones populos se subdere regibus. Quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reverentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus disciplina, quibus obiurgatio, quibus supplicium, sedulo doces;

ostendens quemadmodum et non omnibus omnia, et omnibus caritas, et nulli debeatur iniuria.

III. Merito apud te divina praecepta late diffuseque servantur. Merito apud te bene intellegitur quam sit gravius cognita quam incognita lege peccare. "Aculeus enim mortis peccatum, virtus autem peccati lex," qua gravius feriat et interimat contempti praecepti conscientia. Merito apud te visum est quam sit sub lege operatio vana cum libido animum vastat, et cohibetur poenae metu, non amore virtutis obruitur. Merito tibi tam multi hospitales, multi officiosi, multi misericordes, multi docti, multi casti, multi sancti, multi usque adeo Dei amore flagrantes, ut eos in summa continentia atque mundi huius incredibili contemptu etiam solitudo delectet.

Her Power

IV. Nihil de iis dicam quos paulo ante commemoravi, qui secretissimi penitus ab omni hominum conspectu, pane solo qui eis per certa intervalla temporum affertur et aqua contenti, desertissimas terras incolunt; perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhaeserunt, et eius pulchritudinis contemplatione beatissimi, quae nisi sanctorum intellectu percipi non potest. Nihil, inquam, de his loquar; videntur enim nonnullis res humanas plus quam oporteret deseruisse, non intellegentibus quantum nobis eorum animus in orationibus prosit, et vita ad exemplum, quorum corpora videre non sinimur. Sed hinc disputare longum et

Her Contemplatives

supervacaneum puto; nam hoc tam excellens fastigium sanctitatis, cui non sua sponte mirandum et honorandum videtur, oratione nostra videri qui potest?

V. Haec est etiam vita feminarum Deo sollicite casteque servientium, quae habitaculis segregatae ac remotae a viris quam longissime decet pia tantum illis caritate iunguntur et imitatione virtutis. Ad quas iuvenum nullus accessus est, neque ipsorum quamvis gravissimorum et probatissimorum senum, nisi usque ad vestibulum necessaria praebendi quibus indigent gratia. Lanificio namque corpus exercent atque sustentant, vestesque ipsas fratribus tradunt, ab iis invicem quod victui opus est resumentes. Hos mores, hanc vitam, hunc ordinem, hoc institutum si laudare velim, neque digne valeo; et vereor ne iudicare videar per seipsum tantummodo expositum placere non posse, si super narratoris simplicitatem cothurnum etiam laudatoris addendum putavero. Haec reprehendite, si potestis. Nolite caecis hominibus et discernere invalidis ostentare nostra zizania.

Her Nuns

VI. Neque tamen ita sese anguste habent Ecclesiae catholicae mores optimi ut eorum tantum vita quos commemoravi arbitrer esse laudandos. Quam enim multos episcopos optimos viros sanctissimosque cognovi, quam multos presbyteros, quam multos diaconos, et cuiuscemodi ministros divinorum Sacramentorum, quorum virtus eo mihi mirabilior

Her Clergy

et maiore praedicatione dignior videtur, quo difficilius est eam in multiplici hominum genere, et in ista vita turbulentiore servare! Non enim sanatis magis quam sanandis hominibus praesunt. Perpetienda sunt vitia multitudinis ut curentur, et prius toleranda quam sedanda est pestilentia. Difficillimum est hic tenere optimum vitae modum, et animum pacatum atque tranquillum. Quippe, ut breviter explicem, hi agunt ubi vivere discitur, illi ubi vivitur.

VII. Nec ideo tamen laudabile Christianorum genus contempserim, eorum scilicet qui in civitatibus degunt, a vulgari vita remotissimi. Vidi ego diversorium sanctorum Mediolani, non paucorum hominum, quibus unus presbyter praeerat vir optimus et doctissimus. Romae etiam plura cognovi in quibus singuli gravitate atque prudentia et divina scientia praepollentes ceteris secum habitantibus praesunt, Christiana caritate, sanctitate et libertate viventibus; ne ipsi quidem cuiquam onerosi sunt, sed Orientis more et Pauli apostoli auctoritate manibus suis se transigunt. Ieiunia etiam prorsus incredibilia multos exercere didici, non cotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quod est usquequaque usitatissimum, sed continuum triduum vel amplius saepissime sine cibo ac potu ducere. Neque hoc in viris tantum, sed etiam in feminis; quibus item multis viduis et virginibus simul habitantibus, et lana ac tela victum quaeritantibus, praesunt singulae gravissimae probatissimaeque non tantum in instituendis compo-

Her Communities

nendisque moribus, sed etiam instruendis mentibus peritae ac paratae.

VIII. Istis, si potestis, obsistite. Istos intuemini, istos sine mendacio, si audetis, et cum contumelia nominate; istorum ieiuniis vestra ieiunia, castitati castitatem, vestitum vestitui, epulas epulis, modestiam modestiae, caritatem denique caritati, et quod res maxime postulat, praeceptis praecepta conferte. Iam videbitis quid inter ostentationem et sinceritatem, inter viam rectam et errorem, inter fidem atque fallaciam, inter robur et tumorem, inter beatitudinem et miseriam, inter unitatem et conscissionem, postremo quid inter superstitionis sirenas et portum religionis intersit.

Her Enemies

OUR GOD

I. Nos Deum colimus, non caelum et terram, quibus duabus partibus mundus hic constat, nec animam vel animas per viventia quaecumque diffusas; sed Deum qui fecit caelum et terram et omnia quae in eis sunt.

His Worship

II. Illum Deum colimus, qui naturis a se creatis et subsistendi et movendi initia finesque constituit; qui rerum causas habet, novit, atque disponit; qui vim seminum condidit; qui rationalem animam, quod dicitur animus, quibus voluit viventibus indidit; qui sermonis facultatem usumque donavit; qui

His Benefits

munus futura dicendi quibus placuit spiritibus impertivit, et per quos placet ipse futura praedicit, et per quos placet malas valetudines pellit; qui bellorum quoque ipsorum, cum sic emendandum et castigandum est genus humanum, exordiis, progressibus, finibusque moderatur; qui huius mundi ignem vehementissimum et violentissimum pro immensae naturae temperamento et creavit et regit; qui universarum aquarum creator et gubernator est; qui solem fecit corporalium clarissimum luminum eique vim congruam et motum dedit; qui ipsis etiam inferis dominationem suam potestatemque non subtrahit; qui terram fundat atque fecundat; qui fructus eius animalibus hominibusque largitur; qui causas non solum principales, sed etiam subsequentes novit atque ordinat; qui lunae statuit motum suum; qui vias caelestes atque terrestres locorum mutationibus praebet; qui humanis ingeniis quae creavit etiam scientias artium variarum ad adiuvandam vitam naturamque concessit; qui hominum coetibus, quem focis et luminibus adhiberent, ad facillimos usus munus terreni ignis indulsit. Sic itaque administrat omnia quae creavit ut etiam ipsa proprios exercere et agere motus sinat. Quamvis enim nihil esse possint sine ipso, non sunt quod ipse. Agit autem multa etiam per Angelos; sed non nisi ex se ipso beatificat Angelos. Ita quamvis propter aliquas causas hominibus Angelos mittat, non tamen ex Angelis homines, sed ex se ipso, sicut Angelos, beatificat.

III. Habemus enim ab illo, praeter huiuscemodi beneficia quae ex hac de qua nonnulla diximus administratione naturae bonis malisque largitur, magnum et bonorum proprium magnae dilectionis indicium. Quamquam enim, quod sumus, quod vivimus, quod caelum terramque conspicimus, quod habemus mentem atque rationem qua eum ipsum qui haec omnia condidit inquiramus, nequaquam valeamus actioni sufficere gratiarum, tamen quod nos oneratos obrutosque peccatis, et a contemplatione suae lucis aversos, ac tenebrarum, id est iniquitatis, dilectione caecatos, non omnino deseruit, misitque nobis Verbum suum, qui est eius unicus Filius, quo pro nobis assumpta carne nato atque passo, quanti Deus hominem penderet nosceremus, atque illo Sacrificio singulari a peccatis omnibus mundaremur, eiusque Spiritu in cordibus nostris dilectione diffusa, omnibus difficultatibus superatis in aeternam requiem et contemplationis eius ineffabilem dulcedinem veniremus, quae corda, quot linguae ad agendas ei gratias satis esse contenderint?

His ineffable Gift

IV. Quod si virtus ad beatam vitam nos ducit, nihil omnino esse virtutem affirmaverim nisi summum amorem Dei. Namque illud quod quadripartita dicitur virtus ex ipsius amoris vario quodam affectu, quantum intellego, dicitur. Itaque illas quattuor virtutes, quarum utinam ita sit in mentibus vis ut nomina in ore sunt omnium, sic etiam definire non dubitem, ut tempe-

The Cardinal Virtues

rantia sit amor integrum se praebens ei quod amatur; fortitudo, amor facile tolerans omnia propter quod amatur; iustitia, amor soli amato serviens, et propterea recte dominans; prudentia, amor ea quibus adiuvatur ab eis quibus impeditur, sagaciter seligens. Sed hunc amorem non cuiuslibet, sed Dei esse diximus, id est summi boni, summae sapientiae, summaeque concordiae. Quare definire etiam sic licet, ut temperantiam dicamus esse amorem Deo sese integrum incorruptumque servantem; fortitudinem, amorem omnia propter Deum facile perferentem; iustitiam, amorem Deo tantum servientem, et ob hoc bene imperantem ceteris quae homini subiecta sunt; prudentiam, amorem bene discernentem ea quibus adiuvetur in Deum, ab iis quibus impediri potest.

Temptations

V. Tu itaque credens ista cave tentationes (quia diabolus quaerit qui secum pereant); ut non solum per eos qui extra Ecclesiam sunt non te hostis ille seducat, sed etiam quos in ipsa Ecclesia catholica videris male viventis, sive in pompa et typho avaritiae atque superbiae, sive in aliqua vita quam lex damnat et punit, non eos imiteris.

Companionship

VI. Sed potius coniungaris bonis quos inventurus es facile, si et tu talis fueris, ut simul colatis et diligatis Deum gratis; quia totum praemium nostrum ipse erit, ut in illa vita bonitate eius et pulchritudine perfruamur. Sed amandus est non sicut aliquid quod videtur oculis, sed sicut amatur sapientia,

et veritas, et sanctitas, et iustitia, et caritas, et si quid aliud tale dicitur; non quemadmodum sunt ista in hominibus, sed quemadmodum sunt in ipso fonte incorruptibilis et incommutabilis sapientiae. Quoscumque ergo videris haec amare, illis coniungere, ut per Christum qui homo factus est, ut esset Mediator Dei et hominum, reconcilieris Deo. Homines autem perversos, etiamsi intrent parietes ecclesiae, non eos arbitreris intraturos in regnum caelorum; quia suo tempore separabuntur, si se in melius non commutaverint. Homines ergo bonos imitare, malos tolera, omnes ama; quoniam nescis quid cras futurus sit qui hodie malus est. Nec eorum ames iniustitiam; sed ipsos ideo ama ut apprehendant iustitiam; quia non solum dilectio Dei nobis praecepta est, sed etiam dilectio proximi, in quibus duobus praeceptis tota Lex pendet et Prophetae.

VII. Quam non implet nisi qui donum acceperit Spiritum Sanctum, Patri et Filio utique aequalem; quia ipsa Trinitas Deus est, in quo Deo spes omnis ponenda est. In homine non est ponenda, qualiscumque ille fuerit. Aliud est enim ille a quo iustificamur, aliud illi cum quibus iustificamur. Non autem solum per cupiditates diabolus tentat, sed etiam per terrores insultationum et dolorum et ipsius mortis. Quidquid autem homo passus fuerit pro nomine Christi, et pro spe vitae aeternae, et permanens toleraverit, maior ei merces dabitur; quod si cesserit diabolo, cum illo damnabitur. Sed opera misericordiae cum pia

Our Hope

humilitate impetrant a Domino, ut non permittat servos suos tentari plus quam possunt sustinere.

VIII. Ista fidei simplicitate et sinceritate lactati nutriamur in Christo, et cum parvuli sumus, maiorum cibos non appetamus, sed nutrimentis saluberrimis crescamus in Christo, accedentibus bonis moribus et Christiana iustitia, in qua est caritas Dei et proximi perfecta et firmata; ut unusquisque nostrum de diabolo inimico et angelis eius triumphet in semetipso in Christo, quem induit. Quia perfecta caritas nec cupiditatem habet saeculi, nec timorem saeculi, id est, nec cupiditatem ut acquirat res temporales, nec timorem ne amittat res temporales. Per quas duas ianuas intrat et regnat inimicus, qui primo Dei timore, deinde caritate pellendus est. Debemus itaque tanto avidius appetere apertissimam et evidentissimam cognitionem veritatis quanto nos videmus in caritate proficere, et eius simplicitate cor habere mundatum, quia ipso interiore oculo videtur veritas: "Beati," enim, "mundo corde," inquit, "quia ipsi Deum videbunt." "Ut in caritate radicati et fundati praevaleamus comprehendere cum omnibus Sanctis quae sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum; scire etiam supereminentem scientiam caritatis Christi, ut impleamur in omnem plenitudinem Dei." Et post ista cum invisibili hoste certamina, quoniam volentibus et amantibus iugum Christi lene est, et scarcina eius levis, coronam victoriae mereamur.

Our Crown

ABBREVIATIONS USED IN THE NOTES

A. = Aeneid
A.D. = Anno Domini
A. & G. = Allen and Greenough
An. = Annals
Apoc. = Apocalypse
App. = Appendix

B. = Bennett
Bk. = Book

c. = circa (*about*)
C. = Carmina (*Odes*)
Caes. = Caesar
Cant. = Canticle of Canticles
Cat. = Catiline
Cf. = Confer (*compare*)
Chap. = Chapter
Cic. = Cicero
Comm. = Commentary
Conf. = Confessions
Cor. = Corinthians

De B. G. = De Bello Gallico
De Catech. Rud. = De Catechizandis Rudibus
De Civ. Dei = De Civitate Dei
decl. = declension
De Hab. Virg. = De Habitu Virginum
De Inv. Rhet. = De Inventione Rhetorica
De Laud. Virg. Mat. = De Laudibus Virginis Matris
De Mor. Eccl. = De Moribus Ecclesiae
De Mort. Pereg. = De Morte Peregrini
De Off. = De Officiis
De Praes. Haeret. = De Praescriptione Haereticorum
De Rep. = De Republica
De Sen. = De Senectute
Diog. Laer. = Diogenes Laertius
Div. Inst. = Divinae Institutiones
D. = D'Ooge

Eccles. = Ecclesiastes
Ecclus. = Ecclesiasticus
Ecl. = Eclogues
Ep. = Epistle
Eph. = Ephesians
Epod. = Epodes
etc. = et cetera
Exod. = Exodus
Ezech. = Ezechiel

F. = Fasti
ff. = following

G. = Georgics
Gal. = Galatians
Gen. = Genesis
Gk. = Greek
Gr. = Grammar

H. = Harkness
Heb. = Hebrews
Hex. = Hexaemeron
Hor. = Horace

ib. = ibidem (*in the same place*)
i.e. = id est (*that is*)
Isa. = Isaias

Jas. = James
Jer. = Jeremias

Juv. = Juvenal

Lact. = Lactantius
Let. to Hel. = Letter to Heliodorus
Lib. = liber (*book*)
lit. = literally
Liv. = Livy

Matt. = Matthew
Metam. = Metamorphoses
Min. Fel. = Minucius Felix

n. = note
Nat. Hist. = Naturalis Historia

p. = page
pp. = pages
Par. = Paragraph
Paus. = Pausanias
Philip. = Philippians
PL. = Patrologia Latina
post-Aug. = post-Augustan
post-class. = post-classical
Prov. = Proverbs
Ps. = Psalms

R.R. = Rerum Rusticarum
Rom. = Romans

S. = Sermones
Sat. = Satires
Sc. = Scene
sc. = scilicet (*supply*)
Sec. = Section
Sen. = Seneca
Ser. = Sermons
Serv. = Servius
Shaks. = Shakspeare
sqq. = sequentes, sequentia
SS. = Saints

Tac. = Tacitus
Tert. = Tertullian
Thess. = Thessalonians
Tim. = Timothy
To the Mart. = To the Martyrs
Tom. = Tome (*Volume*)

Val. Max. = Valerius Maximus
Verg. = Vergil
Virt. of Fast. = Virtue of Fasting
Vol. = Volume

Wis. = Wisdom

NOTES

TERTULLIAN (c. 160–230 A.D.)

Concerning the life of Quintus Septimius Florens Tertullianus there is little definite knowledge. Born at Carthage, about 160, where his father was serving as a proconsular centurion in the Roman army, he received as a youth a splendid academic training which fitted him for distinguished service as a lawyer and as a teacher of rhetoric. About the age of thirty-three he embraced the Catholic faith and, according to St. Jerome, was shortly afterwards ordained to the priesthood. Then began his energetic literary career. For some nine years his pen assailed the errors of paganism with such vigor, and set forth the beauties of the Catholic Church with such brilliance, that he has been acclaimed the first great Father of the Latin Church. His impatient, impetuous, inflammable mind, however, fired by the tantalizing jibes of co-religionists and fed by the venomous cunning of Satan, turned its powerful possessor against the Church, and he began attacking her with a violence almost equal to that with which he had attacked her enemies. Joining the Montanist fold, only to desert it after a short time, he founded a new sect known as the Tertullianists. Beyond the statement of St. Jerome that he lived to a decrepit old age, there is nothing to fix the exact date of his death. He was a prolific writer. His extant works fall into three classes — apologetic, polemic, and ascetic. Virile, bold, forcible, often involved, sometimes obscure, he is an author than whom no one probably ever more fully justified Buffon's phrase that "the style is the man." The selection presented is his beautiful letter "Ad Martyres," written about 197, four years after his entrance into the Church. In it he comforts and consoles some Christians who had been imprisoned for their faith, and were in

daily expectation of death. It is an outpouring of a heart full of sympathy and love. See Migne, *PL.*, I. 619.

TITLE: there is some controversy as to whether the correct title is *Ad Martyres* or *Ad Martyras,* but since the question is of no consequence in the interpretation of the text, we leave the discussion of it to higher criticism.

I. 1. *martyres designati:* the Christian prisoners were as yet only *confessores;* their confession sealed by death would have made them *martyres.*

2. *mater Ecclesia:* the conception of the Church as a 'mother' is found repeatedly in the Fathers. St. Cyprian in his *De Unitate Ecclesiae,* VI, says, "One cannot have God as a Father, who has not the Church as a *mother.*" See also *Ep.* IX. 3: "mater nostra Ecclesia"; and St. Augustine, *Apostrophe to the Church,* I. 7, below: "Ecclesia, mater Christianorum verissima."

3. *de opibus suis:* members of the Church were wont to bring money to those condemned, wherewith they might purchase provisions or bribe the guards to ameliorate their condition. See St. Cyprian, *Passio SS. Perpetuae et Felicitatis,* V. 3.

5. *spiritum:* balances *carnis* in line 1, and shows the author striking at once *in medias res,* at the heart of his theme.

6. *educandum:* furthering the idea in line 2, the idea of the Church as a nursing mother. — *Carnem . . . saginari . . . spiritum esurire:* note that the thought uppermost in Tertullian's mind is the 'spiritual welfare' of the prisoners.

13. *dictata suggesta:* 'delicate' or 'cautious allusions,' 'advice,' or 'hints suggested.' Tertullian is careful not to give offence. For the use of *suggesta,* cf. "Unde talia suggerantur" (*Apologeticus,* XXVII), and "per suggestum Spiritus" (*De Resurrectione Carnis,* XL).

14. *nolite contristare:* cf. *Eph.* IV. 30.

18. *Domus . . . diaboli:* 'the devil's house'; this is the first of five different aspects under which the martyrs' prison is viewed. See II. 15 and 42; III. 2 and 20, below. The five together illustrate the author's power of concentrated thought.

21. *conculcetis: conculcare,* 'to crush with the heel,' i.e., 'to trample upon'; a strong word indicating the complete baffling of the Devil. The metaphor is taken from the victorious warrior trampling upon his prostrate foe. Cf. "Calcemus Caesaris hostem," Juv., *Sat.* X. 86. — *congressi:* a military term appropriate to Christian warfare. Cf. Verg., *A.* I. 475, where the youthful Troilus struggles with Achilles, "impar congressus Achilli"; ib. XII. 514: "Tres uno congressu et maestum mittit Onyten," also V. 809.

23. *scidiis:* (σχίζειν), 'to split,' i.e., 'chips,' 'trifling discords,' or 'jealousies' against which Tertullian warns the prisoners.

26. *excantatus:* 'charmed,' normally in the sense of 'attracted' (Hor., *Epod.* V. 45), but here, 'charmed out,' i.e., 'repulsed.'

27. *ut vos committat:* 'so as to set you at variance'; this meaning of *committere* in patristic literature is not infrequent. See St. Cyprian, *Ep.* IX. 2. — *munitos:* cf. *congressi,* n. 21, above.

29. *pacem:* apostates from the Church were known as *lapsi;* hence they did not enjoy the 'peace' of the Church. Their reconciliation could be secured by confession and the performance of a suitable penance. Oftentimes a *libellus* or 'letter of recommendation,' from a confessor awaiting martyrdom, presented by the *lapsi* to the Ordinary, accelerated their reconciliation. See Cyprian, *Ep.* IX. 3, and XIV. 2.

32. *si forte:* 'perhaps,' 'perchance,' or 'it may be.'

II. 2. *parentes vestri:* internal evidence that the prisoners were young.

3. *mundo ... saeculo:* Tertullian not only avoids tautology in using the two words, but implies a fine distinction: *mundus* is the 'world,' the kingdom of 'sin' and 'death' as opposed to Christ's kingdom of 'holiness' and 'life'; *saeculum* refers to the things of 'time' as opposed to those of 'eternity.' The second *mundo* in line 6 recaptures both ideas which are sustained to the end of the chapter.

14. *sustinet:* in the sense of *exspectat,* i.e., 'awaits,' 'looks for.'

15. *custodiarium:* (post-class.) 'a place of safety,' or 'a vantage-point,' the second aspect of the martyrs' prison. — *si forte:* cf. I. n. 32, above.

16. *lumen estis: Eph.* V. 8; *Matt.* V. 14. — *soluti: Gal.* V. 1.

18. *odor estis: 2 Cor.* II. 15.

19. *iudicaturi: 1 Cor.* VI. 2; *Wis.* I. 1.

22. *carceri:* i.e., by renouncing the prison he ensnares Satan in his own snare.

24. *aliquid . . . lucreris:* cf. "He that loseth his life shall find it" (*Matt.* XVI. 25). And see St. Jerome, *Let. to Hel.,* V. n. 4, below.

26. *conversationem:* this word, like *disciplina,* is frequently used by the Fathers in the sense of 'conduct,' 'behavior,' 'mode of life,' etc. Cf. Tert., *De Praes. Haeret.* XXIII., "Utique *conversationis* fuit vitium, non *praedicationis.*"

27. *plus . . . spiritus acquirit quam caro amittit:* Tertullian's immersion in the thought before him is almost a fault; cf. I. n. 6, above.

29. *curam Ecclesiae:* cf. I. n. 3, above.

30. *agapen:* a transliteration of the Greek ἀγάπη, the 'love-feast,' of the early Christians; here, 'love.' Cf. *Jude* I. 12.

31–38. An indication of Tertullian's intolerance of pagan customs.

32. *non sollemnes . . . dies:* for these festal days, see Tert., *Ad Uxorem,* II. 6.

39. *eremus, -i,* m. and f.: a 'desert,' 'wilderness' (late Latin). Cf. St. Jerome, *Let. to Hel.,* I. n. 2. — *prophetis:* cf. *Mark* I. 4 ff. — *Dominus in secessu: Matt.* XIV. 13; *Mark* VI. 32; *Luke* IX. 10; *John* VI. 3. Cf. "Est in secessu longo locus" (Verg., *A.* I. 159).

41. *Gloriam . . . demonstravit: Matt.* XVII. 2.

42. *Auferamus . . . vocemus:* note the chiasmus and asyndeton. — *secessum:* 'a retreat,' the third aspect of the prison.

45. *stadia opaca:* the 'shady walks,' of the recreation gardens. Cf. Verg., *A.* II. 725; ib. VI. 633. — *porticus longas:* picturesquely contrasted with the simple *via,* the 'way' that leads to God. Cf. *John* XIV. 6.

48. *in nervo:* the *nervus* was not only a 'fetter,' but an instrument of torture employed by the tyrants to bruise and break the limbs of their victims.

50. *Ubi autem . . . cor: Matt.* VI. 21.

III. 2. *ad militiam Dei:* 'to the military service of God'; the fourth aspect of prison life. Cf. 2 *Tim.* II. 3. — *sacramenti verba:* the word *sacramentum* in the Fathers has various meanings: 'a sacred ordinance,' 'a symbol,' 'a creed,' 'a pledge,' 'a mystery,' or 'an oath.' As the soldier was bound to the service of his country by an oath (*sacramentum*), so likewise the soldier of Christ to the spiritual service of his Master by the baptismal 'oath' or vow of obedience. 'We were called to the military service of the living God, the moment that we pledged our faith according to the words of the Sacrament.'

4. *miles:* cf. St. Jerome, *Let. to Hel.,* II. ff., above.

6. *papilionibus:* from *papilio, -onis,* m., lit., 'a butterfly'; by transference 'a light tent,' 'a pavilion'; see *Numbers* XVI. 27. — *expeditis, substrictis:* the tents were folded and bound with ropes when moved from place to place; when camp was pitched the tents were 'unbound' (*expedire*), stretched, raised, and 'tied down' (*substringere*) to pickets driven into the ground.

7. *imbonitas:* (*in-bonitas*) 'inconvenience,' 'adversity' (post-class.); Harper's *Latin Dictionary* indicates (*) that this word is used nowhere else in Latin literature.

9. *ediscunt:* sc. *milites.*

10. *testudinem densando:* the *testudo* in military parlance signified either of two things: (*a*) A shelter formed by soldiers overlapping (*densando*) their shields upon their heads or against their sides as a protection against flying missiles; it resembled the shell of a tortoise (*testudo*); cf. Caes., *De B. G.* II. 6. (*b*) A

kind of penthouse or weatherfend hastily constructed for shelter; cf. Caes., *De B. G.* V. 43.

11. *expavescunt:* note the strength of the *inchoative:* not even the 'beginnings' of terror should be engendered in the heart of a soldier by the hardships of war.

12. *caelum:* 'the open sky,' i.e., 'the cold, chilly air.' That the varied aspects of the heavens were observed by the ancients is indicated by Verg., *G.* I. 51: "varium caeli praediscere morem."

16. *Bonum agonem:* 'a good fight'; a metaphor taken from the athletic contests in the public games. Cf. 1 *Tim.* VI. 12. — *agonothetes:* (ἀγών, τίθημι), i.e., one placed over the game; the 'president,' 'superintendent,' 'judge,' 'umpire,' 'referee.'

17. *xystarches:* (ξυστάρχης) the manager of a ξυστός, a place for gymnastic exercises; hence a 'master,' 'trainer,' 'disciplinarian.' The term is elegantly chosen here, since it was to the assistance of the *Holy Ghost* that the martyrs owed their constancy. In I. 15, Tertullian had said, "Si enim non vobiscum nunc introisset," etc. For the different meanings of the word ξυστός, in Greek and Latin respectively, see Vitruvius VI. 10, where he says: "Ξυστός enim Graeca appellatione est porticus ampla latitudine in qua athletae per hiberna tempora exercentur. Nostri autem hypaethras ambulationes xystos appellant." — *corona aeternitatis:* 'your crown is the crown of eternity.'

18. *brabrium:* (βραβεῖον) a 'prize' awarded the victor; cf. 1 *Cor.* IX. 24. Transliterations are not infrequent. — *angelicae substantiae:* 'angelic essence,' i.e., their very being would be like that of the angels; cf. *Mark* XII. 25. — *politia:* (πολιτεία) lit., 'the state'; here, 'citizenship' in the Kingdom of God. Cf. *Philip.* III. 20.

19. *epistates:* (ἐπιστάτης) 'master,' 'lord.' Cf. n. 16, above.

20. *Spiritu unxit:* cf. 1 *John* II. 20. — *scamma:* 'a dugout,' i.e., part of the palaestra, a 'wrestling-ground,' the fifth aspect of the prison.

24. *disciplinam:* (*discere*), 'schooling,' 'training.'

25. *vacent:* (*vacare*) to have spare time *for* building up strength.

28. *Et . . . consequantur:* 1 *Cor.* IX. 25.

30. *palaestra:* cf. *scamma,* n. 20, above.

31. *stadium tribunalis:* 'the judgment-seat' of God.

IV. 1. *caro . . . promptus: Matt.* XXVI. 41.

13. *contraponat: contraponere,* no perf., *positum,* 3, v., 'to place opposite,' 'to oppose to' (of rare occurrence). See Quintilian, IX. 3, 84.

17. *benedictae:* instead of *benedicti* as before, the women here being specially addressed.

18. *animo suo ducti:* exquisitely put; those who follow 'their own impulses' and suffer death for the sake of worldly glory, are not true martyrs; but they are true martyrs who yield up their lives 'at the bidding of God.'

19. *Lucretia:* all the examples of fortitude here enumerated by Tertullian to encourage and sustain the martyrs, are drawn from paganism. It is not that Christian examples were lacking, even at Carthage, for in the seventeenth letter of St. Augustine mention is made of Namphanio, who suffered martyrdom A.D. 180, and there is allusion to others who met the same fate. The selection is made on purpose to show that if worldly glory inspires heroism sufficient to endure the sufferings described, such sufferings should be regarded as naught in the gaining of a heavenly crown. See the close of the chapter: 'If the bit of glass be so precious, what must be the value of the true pearl?' For *Lucretia,* see Liv. I. 58; *Mucius,* Liv. II. 12; *Heraclitus,* Diog. Laer. IX. 3, 4; *Empedocles,* ib. VIII. 70; *Peregrinus,* Lucian, *De Mort. Pereg.; Dido,* Verg., *A.* IV. 504 sqq.; *Asdrubalis uxor,* Val. Max. III. 28; *Regulus,* Cic., *De Off.* III. 26, 99; *Cleopatra,* Hor., *C.* I. 37, 26; *meretrix Atheniensis,* i.e., 'Leaena,' Pausan. I. 23.

38. *cessit:* the word is used ironically.

41. *novissime:* in the sense of *postremo.*

44. διαμαστίγωσις : these flagellations were regarded in heathen worship as inculcating fortitude. Consult Tertullian, *Apologeticus,* Chap. L., and Sen., *De Providentia,* IV. 10.

50. *si tantum terrenae gloriae licet:* 'if earthly glory is so highly valued,' etc.; for similar uses of the verb compare, "De Drusi hortis, quanti licuisse tu scribis" (Cic., *Att.,* XII. 23, 5), and

> unius assis
> Non umquam pretio pluris licuisse.
>
> Hor., *Sat.* I. 6, 13.

52. *ut . . . contemnant: homines* is understood.

55. *margaritum:* a variant form of *margarita* (μαργαρίτης), 'pearl'; cf. *Matt.* XIII. 46; Tertullian, *Ad Uxorem,* lib. II cap. V.

56. *habeat:* i.e., *debeat; habere* in the sense of *debere* followed by the infinitive is common in Tertullian. Here, 'to be bound to,' 'obliged to,' 'to have to.' — *erogare:* in the sense of *impendere,* 'to spend,' or 'lay out.'

V. 2. *affectatio:* not only 'vanity' or 'display,' but even the mere semblance of them. Men seek the esteem of the world; Christians that of God.

5. *ad feras:* the magistrates, forgetting their dignity, descended to the shameful deeds of the arena. Cf. Juv., *Sat.* II. 143 ff.

8. *ad ignes . . . auctoraverunt:* for these inhuman practises, see Juv. *Sat.* I. 155–156.

9. *tunica ardente:* cf. Juv., *Sat.* VIII. 235; criminals were covered with pitch and burned alive. See Farrar, *Early Days of Christianity,* chap. IV. p. 46.

12. *in illo die:* cf. 2 *Tim.* IV. 8.

VI. 10. *expuncti:* 'having been erased' from a list, 'disposed of,' 'got rid of.' Cf. Tert., *De Corona,* I. 2: "Expungebantur in castris milites laureati."

12. *praesentia . . . tempora:* a reference to the ruthless slaughter

of Niger, Albinus, and their adherents in the reign of Sep. Severus. See Duruy, *History of Rome,* vol. VI. sec. II. pp. 486 and 500.

MINUCIUS FELIX (c. 155–220 A.D.)

We know even less concerning the life of Minucius Felix than concerning that of Tertullian. That he was a contemporary of Tertullian is certain, but whether his works appeared before or after those of the latter is not clear. He was a lawyer by profession and practised probably at Rome. The *Octavius,* from which our selection is taken, is an apologetic treatise in the form of a dialogue between the Christian Octavius Januarius, and the heathen Caecilius Natalis. In the debate Caecilius attempts to defend paganism against the tenets of Christianity, while Octavius shatters his opponent's arguments and sets forth the glories of the Church. At the end of the debate Caecilius admits his defeat. Our selection embodies passages from the lips of Octavius only. Its artistic form, graceful presentation, and practical lessons of glowing faith have endeared it to lovers of letters. See Migne, *PL.,* III. 232.

TITLE: the dialogue takes its name from its victorious contestant, Octavius.

